

SCRIPTA

Numéro Scripta : 7266

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Saint-Valéry-sur-Somme, Saint-Valéry (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1175, mai-1182, mars]

Lieu d'émission : Westminster

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Confirmation à l'abbaye de Saint-Valeri de divers domaines qu'elle possédait en Angleterre.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° DLXXXVIII, t. 2, p. 172-173.

Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 2, p. 172. Richard d'Ilchester, évêque de Winchester, a été sacré le 6 octobre 1174 mais Henri II a passé de France en Angleterre le 8 ou 9 mai 1175 ; Gautier de Coutances, élu évêque de Lincoln le 8 mai 1183 mais mentionné ici sans ce titre, tandis qu'Henri II a été sur le continent depuis mars 1182.

Texte établi d'après a

HENRICUS, Dei gratia rex Angl[ie], et dux Normannie et Aquitanie, et comes Andegavie (sic), archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis, salutem. Sciatis nos (sic) concessisse et presenti carta confirmasse Deo et ecclesie Beati Walerici, et monachis ibidem Deo servientibus, in perpetuam et liberam elemosinam, omnes terras et teneuras suas, et omnes donationes que donate sunt eis in elemosinam vel donabuntur, videlicet: Thakeleiam, cum pertinentiis suis, Wallam et Daneseiam, cum pertinentiis suis, Viditon. et Liudesel., cum pertinentiis suis, Meldeburne et Berecengl., cum pertinentiis suis, et quicquid habent in Manged., et in Bolton., et in Macinges et in Caneveles ; ecclesias etiam de Histeleurd., et de Heston., et de Tuicheam, et de Hanton., et quicquid habent apud Henton., vel alibi. Nulla autem persona, parva vel magna, per debitum seu per consuetudinem, aut per violentiam, aliquid ab hominibus et terris et possessionibus predicti monasterii exigit, non equitationem seu expeditionem, non pontium vel castrorum edificationem, non veicula, non summagia, non vectigalia, non navigia, non opera, non tributa, non xenia, non lestagia, non tedinpany, non timpany ; et habeant quietantiam de exsartis et vastis nemorum. Nullus vero forestarius regis quicquam se intromittat de boscis abbatibus et monachorum qui sunt in foresta, sed omnem libertatem et potestatem, quam habet rex in boscis suis, habeant et monachi in omnibus boscis suis ; et sint ipsi, et homines eorum, et res ipsorum, absoluti et liberi a danegeldis et omnibus geldis, et hidagio, et portagio, et passagio, et theloneo, et

auxilio vicecomitum et prepositorum, et warpeny, et omni alia exactione et consuetudine, in nundinis, in foris, quorumcumque sint, in terris et aquis, in transitibus pontium et maris portuum, per totam Angliam et Normanniam, et per totam terram meam, in omnibus rebus et in omnibus locis, sintque abbatis et monachorum, de hominibus suis et de alienis in eis forisfacientibus vel ibi cum forisfacto interceptis, placita omnia cum socca et sacca, et tol., et theam, et infangene[theo]f, et hutfangen[etheof], et hansocca, infra burgum et extra, in viis et semitis, et omnibus locis ; habeantque abbas et monachi in tota possessione sua omnem justiciam de assaltu et sanguinis effusione et pacis infractione ; sintque liberi et quieti de scyris et hundredis, et placitis et querelis et omnibus consuetudinibus. Prohibemus (sic) etiam ne pro aliqua causa ponantur in placitum de tenementis suis, nisi coram me, vel coram capitali justicia, quia non permetterem iudicium fieri de elemosina mea et antecessorum meorum, nisi coram me. Nec quicquam teneatur de donationibus que facte sunt per non sapientes abbates de terris et tenementis Sancti Wal[erici], nisi confirmacione (sic) conventus et sigilli ejus appositione (sic). Volumus igitur et firmiter precipimus quod predicti monachi hec omnia predicta in omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus et quietantiis predictis bene et in pace, libere et quiete et integre habeant in perpetuum, et honorifice teneant. Testibus : R. episcopo Wintoniensi, magistro Waltero Const[antiensi] et Bern[ardo] de Sancto Walerico. Apud Westmonasterium.